Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cum uiderent discipuli. increpabant illos.
Ihs autem conuocans illos dixit. Sinite pueros
uenire ad me. & nolite eos uetare; talium
est enim regnum dei. Amen dico uobis. qui
cumq; non acceperit regnum dei sicut puer.
non intrabit in illud. Et interrogauit eum
quidam princeps dicens. Magister bone.
quid faciens uitam aeternam possidebo.
Dixit autem ei ihc. Quid me dicis bonum.
Nemo bonus. nisi solus ds. Mandata nosti.
non occides. non moechaberis. non furtum
facies. non falsum testimonium dices. bono
ra patrem tuum & matrem. Qui ait; hec
omnia custodiui a iuuentute mea.
Quo audito ihc. ait illi. Adhuc unum tibi
deest. Omnia quecumq; habes uende & da
pauperibus. & habebis thesaurum in celo.

L. ccxvii. T. II. M. clxxviii. R. M. xcv.

L. ccxviii. II. T. M. cxciii. R. M. cvii.

L. ccxviii. T. II. M. cxciiii. R. M. cviii.